


ANN. XIII. - N. 83

MENSE JANUARIO

AN. D. MCMXLIII



**PALAEstra
LATINA**

SUMMARIUM

Bibliographia. (MIR, MOLINA)
De syllabarum divisione. (SARMIENTO)
Cursus Gymnasticus. (MESA)
In Schola.
Adjumenta Grammaticalia. (MIR)
Nova et Vetera. (MIR)
De Georgii erratione. (HABERL)
Compositiones Scholares. (TOLDRA, BUENO, SALVÁ, DE BLAS, RODRÍGUEZ, TOLRA)
Curiosa et Jocosa. (BAGARIA, MOLINA, GARCIA)

Ordinarii et Superiorum permissu

www.culturaclasica.com

Bibliographia

Diccionario ilustrado latino-español y español-latino, ilustraciones de mitología, mitología, arte, etc. según documentos contemporáneos. Mapas del Imperio, Italia, Galia, España. Planos de Roma y el Foro. Resumen de Gramática Latina. — 670 págs. 13 1/2 x 20 1/2 — 25 ptas. Barcelona. *Ediciones Spes.*

Adulescentes qui studium et operam in litteras latinas conferunt gratum socium et dulce juvamen hoc libro sibi sociabunt. In eo verborum significaciones, cum non nullis exemplis, dilucide, separatim, optimo judicio dispositas inventant. Quod tamen praestat in opere illae sunt pulchrae tabulae pictae ex antiquis monumentis desumptae quae opus ornant et veram antiquitatis notitiam in puerorum animis instillant. Picturae non dissociantur, sed sub una voce, plura ad rem convenientia apponuntur; sic in voce *vir*, praecipuae vestes viriles afferuntur. Dictionariolum hispanum latinum, quod adjicitur, et synthesis totius grammaticae maximo adjuvamento scholasticis esse posunt — Charta pellucida, typorum genus aptum, impressio accurata, cet., maxime placent. Et nova jam paratur editio quae per pauca in meliorem formam distribuet aut corriget.

Sánchez y Sánchez, Miguel, *Gramática Latina*, dividida en siete cursos; 40 lecciones cada curso; 3 vols.: 1.^{er} volumen, 180 págs.; 2.^º vol. 127 págs.; *Trozos Latinos*, 279 págs. — Madrid. Librería Hernando, Arenal, 11.

In primo hujus operis volumine ea continentur quae in schola latinitatis tribus prioribus annis evolvenda et explicanda sunt; in altero quae ad reliquos spectant cursus. Notanda in primis sunt in opere, quae de cognitione linguae la-

tinae, de phonetica latina ejusdemque in hispanicam evolutione traduntur. Quae tamen pro junioribus interdum forte difficultaria erunt. De grammaticae divisione, de ejusdem explicatione, de apta fragmentorum in cursus scholares distributione judicium lectores rectius proferent. Recolat benevolus operis auctor sequentia: in l. *Trozos Latinos*, p. 27 nta. 60 p. 38, n. 244, p. 69, n. 684, p. 97, n. 14 p. 126, n. 290, p. 129, n. 316, p. 167, n. 167, cet.

Jos. M.ª Mir, C. M. F.

E. Collin, *Manual de Filosofia Tomista*, I t.: Lógica, Metafísica, Psicología; II t.: Criteriología, Metodología, Moral, Teología Nat. — Trad. por Cipriano Montserrat. — Luis Gili. Barcelona.

Thomismus eo quod nescitur, minus habetur; itaque haec editio vulgaris Philosophiae Collin in vernaculo sermone, rei difficultatem amovet; nam hoc Manuale Logicam minorem, Metaphysicam, Psicologiam continet in primo volumine, in altero vero Logicam maiorem, Ethicam, Theodiceam: estque opus totius systematis thomistici perfecta synthesis.

Ut auctor in proemio animadvertisit, plurimi, prima lectione, summam quaestionum altitudinem callere nequivunt, quippe qui, quamquam expositionis ratio pellucida est, adeo tamen synthesis nititur ut, quasi oculorum ictu, tota doctrina thomistica inspici possit.

Ceterum, ordo in distribuendo opere, conciso in expositione, in dictione perspicuitas, suit dotes quae opus E. Collin utile reddunt: et magistris ut methodo in lectionibus procedant, et alumnis ut cum Divo Thoma recentiorum asserta componant.

MARIANUS MOLINA, C. M. F.

Editorial GRAFICAS CLARET

Lauria, 5 - BARCELONA - Teléfono, 15013

PUBLICA: / PALAESTRA LATINA

LA FIESTA SANTIFICADA

La hoja popular más amena e instructiva que se reparte en las Iglesias todos los domingos y fiestas de precepto del año.

Precio: 3 ptas el centenar

Variedad de libros.

Ultima obra:

MARAVILLAS DE FÁTIMA

por los Rndos. PP. Fonseca-Jiménez, S. J. - **Precio: 6 ptas.**

FÁBRICA DE MEDALLAS

CRUCES :: DISTINTIVOS

INSIGNIAS :: ETC.

A U S I Ó

PROVENZA, 376

BARCELONA

Cum emetis; PALAESTRAM LATINAM nuntiantibus referetis



Textos Palaestra

Preparados por PP. Misioneros del Corazón de María

Apartado 1042. - Lauria, 5. - Teléfono 15013. - Barcelona

Para el Primer Curso:

Historiae Sacrae Compendium
(2.^a ed.) Texto, notas, vocabulario 4 pts.

Para el Segundo Curso:

Epitome Historiae Graecae
(3.^a ed.) Texto, notas, vocabulario 5 pts.

Para el Tercer Curso:

Ciceronis Epistulae Selectae

Solo texto latino 1 pta.
Texto, notas, vocabulario 4 ptas.

Caesaris de Bello Civili
Texto y notas 5 ptas.

Para el Cuarto Curso:

Ciceronis Pro Archia Poeta

Solo texto latino 1 pta.
Texto, notas, vocabulario 3 ptas.

Ciceronis in Catilinam Oratio I

Solo texto latno 1 pta.
Texto, notas, vocabulario 3 ptas.

Para el Quinto Curso:

Virgilii Aeneidos liber II

Solo texto latino 2 ptas.
Texto, notas, vocabulario 4 ptas.

Para el Sexto o Séptimo Curso:

Prudentii Carmina Selecta
(agotado)

Canto 1.^o de la Odisea
Texto y notas 5 ptas.

Primer Curso de Lengua Latina
adaptado al Cuestionario Oficial 3 ptas.

Segundo Curso de Lengua Latina
adaptado al Cuestionario Oficial 5 ptas.

Tercer y Cuarto

Curso de Lengua Latina
adaptado al Cuestionario Oficial
(en preparación)

R e p e t i t o r i u m

Libro de prácticas escolares para
las primeras clases de latín.
Contiene:

Programas, Vocabularios, Ejer-
cicios, Temas, Curiosidades,
Indices
Precio en simil tela 15 ptas.
en cartoné 12 *

P a l a e s t r a L a t i n a

Colección completa,
desde Enero de 1930
hasta Diciembre 1942,
en fascículos sueltos 100 ptas.

De próxima aparición:

Horatii Carmina Selecta
Texto, notas, vocabulario

Crispi Sallusti Selecta

Texto, notas, vocabulario

Canto 2.^o y 3.^o de la Odisea

Texto y notas

EN PREPARACIÓN OTROS TEXTOS

Descuentos especiales a librerías y, en pedidos de consideración, a Profesores y Colegios

PALAEASTRA LATINA

Premium subnotationis annuae, solutione antelata, est 10 pesetarum in Hispania et Lusitania, 12 pes. in America et Philippinis insulis, et 12 pes. in reliquis civitatibus. Premium mittatur op̄ortet ad Administratorem, Lauria, 5 - Barcinone - Apart. 1040

De syllabarum divisione

Ea viget inter scriptores in syllabis disjungendis varietas diversa ac paene contraria non secus atque in eis recte pronuntiandis, ut rem plane lectoribus consentaneam atque utilē me facturum putem si pauca in praesens stricte disseram certisque scribendi regulis rationem tradam juxta probatorum auctorū doctrinam.

Neque cuiquam latet ad rectam verborum pronunciationem non parum interesse rectam eorum distinctionem; utraque enim carum intime inter se cohaeret.

Tantae vero disparitatis causa mihi videtur sita esse sive in inscitia sive etiam, ut opinor ego, in quadam animi pertinacia, qua ad suum quisque fontem fluvios dimanare conatur... nimirum ut suum scribendi pronuntiandique modum cohonestet et alium insimulet. Neque vero nescio nonnullos hac in re bona fide versari, qui probe scientes via se decipi atque divagari, pietatis causa in errore manere malunt quam incertis jussis obtemperare.¹

Litterae usu veniunt tres et viginti, scilicet: A, B, C, D, E, F, G, H, I, J, K, L, M, N, O, P, Q, R, S, T, U, (V), X, Z.

Ex his, aliae sunt mutae, nempe: b, c, d, g, k, p, q, t, quod per se sine vocalium adminiculo pronuntiari nequeunt; aliae vero semivocales, ut l, m, n, r, s, x, z, quod ipsae per se, etiam si non plane et aperte, ut vocales, obscure tamen sonant.²

Vocales numerantur quinque: a, e, i, o, u, quas quidem efferre valemus nullo alio juvamine; ex his i et u vocantur debiles; reliquae fortes quippe quod plenum in se sonum habeant et reddant. Inde nullo negotio exsurgit diphthongi definitio: «duarum vocalium vim suam retinentium in eadem syllaba complexio».³

¹ Cf. *Enchiridion clericorum*, documenta ecclesiae sacerorum alumni instituendis, n. 861, pag. 472, Romae 1938. Collector gratuito et ut arbitror, proprio marte hunc titulum capiti adjicit: «de latino sermone ad romanum usum pronuntiando». At R. Pontifex hac tantum epistula sibi gratulatur de auspicata cantus gregoriant ad veterem splendorem redintegratione; ad summum Gallis, idque coactus, suadet usum pronuntiandi latinum sermonem ad italorum morem quin reliqua populus imponat illum aut imperet. Cf. NAVIA, «La pronunciación clásica del Latin» Bogotá, 1939, pag. 1-5 et JOVÉ, «Palaestra Latina», an. schol. IV, num. 30, pag. 33-35. Candidae sinceritatis exemplar se probat Dom. MOCQUEREAU, dum scriptum reliquerit. («Le nombre musical grégorien», t. II, pag. 61, n. 44, nota 3^a. Desclée éd. 1927): «nous ne trouvons pas un point où l'histoire serait absente de notre «système rythmique»; pour notre part, nous n'en connaissons pas un seul». Deinde in notula subjicit: «sur un seul point de notre exposé, il y a désaccord entre notre enseignement pratique et l'antiquité, mais c'est sur une question de Prononciation, et non sur une question de rythme».

² NEBRIJA, «De institutione grammaticae», lib. V.

³ DESPAUTERIUS, *Comment. Gramm.* Lib. II, reg. de diph.; cf. etiam JOVÉ «Palaestra Latina» an. IV, num. 32, pag. 65.

Litterae omnes perpetuo pronuntiantur ut jacent. Diversa tamen earum singulariae sortiuntur nomina, modo in primis eas proferendi perspecto:

A) Si halitus aëris ex pulmone procedens 1.^o) momento temporis interrumptatur, dicuntur explosivae et etiām occlusivae; 2.^o) verumtamen, si halitus paululum restringitur, vocantur fricativae vel continuae. Denique, juxta vim in eisdem proferendis adhibitam, omnes sunt fortes aut dulces. Sic Llobera⁴ et Guasch,⁵

B) Verum, si organa quibus utimur, ad eas pronuntiandas attendimus, Dominio Mocquereau auctore,⁶ ipsae consonae erunt a) gutturales; b) dentales; c) labiales.

Utramque divisionem hoc paradigmate comple&tumur.

GUTTURALES		DENTALES	LABIALES		
Velares	Linguo-palatales		Labio-dentales	Bilabiales	
Explosivae	C Q R	T		P	fortes: PeTaCa
	G	D		B	dulces: BoDeGa
FRICATIVAE		J ⁷	S		dulces: JoSé
Nasales		N	F	M	nasales: MoNo
			V ⁷		
LIQUIDAE		L. R.			liquidae: LoRo
DUPLICES		X	Z		

Omnibus his elementis diversimode inter se usurpati atque appositis verborum sonitus efficiuntur. Etsi multotiens plenum una duntaxat vocalis, ut diximus, sonum effingere per se valeat, ut *e domo P., a Petro, i dormitum, cet.*, generatim consonantibus accedit sive directe aut vice versa: *alnus, leas, cedo, appono, ignis, gemitus, amitto, reor, adsum, cet.*

At verba et voces pluribus quandoque constant elementis, i. e. syllabis, quae separatim proferri non possunt inque aliis penitus non convertendae. Cum diximus: *grammatices*, quattuor hocce verbum indivisibilibus membris consistit: *gram-ma-ti-ces*. Si modo velimus alias fingere syllabus, id nullo pacto attingemus, salvo et integro vocalium aut consonantium sono. A vim quidem per se habet; *gr* nemo hominum proferre unquam poterit.⁸

4 Grammatica classicae latinitatis, num. 10, ot. 2.

5 Gramática teórico-práctica del latín clásico, t. I, n. 5.

6 Le nombre musical grégorien, T II, pag. 61, n. 44; Desclée Éd. 1937.

7 Omnes scimus *J* et *V* consonas invectas in litterarum ordinem fuisse s XVI. Sibi non constat qui *J* consonantem a litteris amandat et *V* simul retinet. Utramque ergo rejectendam aut rectius utramque retainendam censemus.

8 BELLO Y CUERVO, Gram. de la lengua castellana, c. I, 17, pag. 4; Paris, 1936.

Inde sponte id effici possumus: fas non esse quomodo cumque singulos syllabarum nexus conjungere aut componere, ex. gr.: *rgam*, *mrag*. Ideo, in divisione syllabarum ratio hujus regulae ob oculos est habenda ut recte riteque vocabula disjungamus.

Itaque in *gram*, sicut in *plus*, liquidae, quae duo tantum sunt: *L* et *R*, percussae a mutis, quodammodo robur amittunt suum ac sonandi vim accipiunt ab illa quae liquefaciens vocitatur. Quod non ita evenit in coniunctione litterarum *m-n*, *g-n*, *c-t*, cet. Et quidem generatim ab auctoribus rejicitur *M* et *N* liquidas esse ac liquefieri, praeterquam in graecis tantum dictiōnibus.⁹ Et pariter responda videtur eorum opinio qui autem *gn* voces incohare latinas posse, quamvis in lexicis scriptum invenias: *gnatus*, *gnarus*, *gnavus*, cet. et derivata.

In primis scriptura harum vocationum hodie cum *g* et *n* a melioris notae scriptoribus derelicta jacet cum a greco fonte ductae sint: γνόνται, γεννάω, cet. Eo vel magis quo singulae litterae propriam ac germanam singularemque sonandi vim potantur nequaquam amittendam. Itaque ergo, quo tandem pacto dixerimus *g* et *n* ita copulari inter se ac pronuntiari ut earum naturam deponant?

Ceterum *g-m* complexio, videsis *fragmen*, *agmen*, cet., una non omnino syllaba sunt, omnibus sententiis, cum ex gutturali et nasalí constet neque unum tantummodo sonitum reddit: idem de *g n* dicendum existimo. Non enim quia nonnulla sunt vocabula graeca per *th*, *ph*, *ct*, incipientia, ideo latina verba per illas ordiri asserendum est.

Praeterquamquod decidit jam diu illorum opinio quae docuit consonantes quae verbis principium dant, sequenti vocali ligari eo quod verba latina sic incipere queant, ut *ca-stra*, *fa-ctum*, cet.¹⁰

Audiatur Alvarezius:¹¹ «regula satis trita, in occurso duarum vel trium consonantium omnes eas sequenti syllabae attribuendas esse, quae in lingua latina vel graeca initio vocis locum habere possunt, non ante saeculum V p. Chr. introducta, hodie ab eruditis communiter rejicitur».¹²

Ex hucusque dictis videmus duplēcēm esse nexum litterarum, quae emitti possunt, vocisque germane latinae initium efformantium:

I) *Mutae ac liquidae*, ut *tremo*, *fremor*, *cremo*, *premo*, *grex*, *plus*, *clamor*, *flabellum*, *glis*, *glaber*, cet.

⁹ Deinde quis unquam duas liquidas si modo *m* et *n* ita habent, aut duas nasales geminatas, unam syllabam fingere edocebit? In paradigmate utramque litteram non liquidam sed nasalem esse primo aspectu apparet. Cf. NEBRIJA, o. c., ib. L atque R mutis percussae saepe liquefunt -M aut N raro; sed graeca in origine tantum. » FERNÁNDEZ (*Gramática Latina*, 12.^a ed. p. II Prosod. n. 216, IV); sub mutis liquefac eL eR; M N raro in activis. Non ita censere videntur Cl. COMMERLERÁN (*Gram. comparada de las lenguas cast. y lat.*, part. IV, art. I) et HERNÁNDEZ (*El Latin Clásico*, num. 11) qui alt. nullibi reperire exceptionem pro *om-nis*; adversam sententiam sequuntur eamque veram CARATTI (*Gram. Latina*, T. I. n. 7; Córdoba, 1927): al contrario se debe escribir *om-nis*, *de-nsus* y no *o-mnis*, *de-nsus* porque no hay palabras que comiencen por *mn* o *ns*. Ita quoque, ut videtur, GEORGIN BERTHAUT (*Cours de Latin, gramm. compl.* III, n. 9, b.).

¹⁰ NAVIA, o. c. XXIX, num. 251.

¹¹ *Inst. Gramm.* libr. V, Barcinone, 1927; I. V. c. IV, num. 1477.

¹² Cf. BELLO y CUERVO, o. c. nota V. NIEDERMANN, *Phonétique historique du latin*, § 103, JURET, *La phonétique latine*, 1929, p. 10-11.

II) *S- cum fortibus tantum: scio, spero, sto; aut etiam liquidis subsecuta: splendor, scribo, spretus, stratus.*¹³

Quae cum ita sint, juvat sequentem regulam paucis contrahere: In unaquaque dictione, quot sunt vocales propriam quantitatem habentes vel unius vocis enuntiatione prolatae, tot sunt aequae syllabae.¹⁴

Idecirco, probatorum auctorum auctoritate fulti, doctrinam universam his principiis statuimus:

I) Vocalis seu diphthongus a vocali vel consona subsequenti segregatur, ut *D-e-us, ro-re-m, fe-ri-ae, co-no*, cet.

II) Ubi duae consonantes in medio vocabulo inter vocales intersunt, in duas dispescuntur syllabas, ut prima ad priorem, altera vero ad posteriorem tribuatur: *or-do, ab-do, ip-se, ah luo, ag-nus, ig-nis, aes-tum, om-nis, il-le, ap-tus, am-nis, figura-tum, am-bo, ob-sig-no, cas-tus, lig-num, ques-tus, hos-tia, im-pug-no, doc-ti, mis-ceo, dis-co, cog ni-tus*, cet.

Exceptio hujus regulae: Cum ex duabus consonis prima liquecens, altera liquida est ad sequentem syllabam utraque referatur: *sa-crum, fe-bris, su-pra, locu-ples, a-grum, la-crimae, do-drans, re-cludo, re-fringo, re-quies-co, a-trox*, cet.

III) Quando tres sunt consonantes in medio vocabulo dispertiendo, duae priores ad primam vocalem, tertia vero ad alteram connectitur: *sump-si, planc-tus, sanc-tus, ins-tar, temp-to, contemp-tus, vinc-tus*, cet.

Exceptio: si ex tribus consonantibus, duae postremae sint liquecens et liquida, neglectuntur posteriori syllabae: *mem-brum, tem-plum, cas-tra, trans-trum, spec-trum, palaes-tra, lin-gua, san-guis*, cet.

IV) In verbis compositis, quarum natura inmutata manet et manifesta, syllabae distinguendae sunt juxta compositionis elementa: *post-ea, ab-ire, dis-tribuo, ab-luo, de-scribo, in-spiro, per-spicio, per-sto, ab-solvo, cog-natus, dis-cerno, ex-immo, in-struo, in-scious, ig-navus, ob-stringo, neg-lego, trans eo, affero, os-tendo, tra-duco*, cet.

Si tamen prius compositi elementum subobscurum manet, ad leges verborum simplicium rectius divides: *a-ni-mad-ver-to, non vero a-nim-ad-ver-to, po-test, non pot-est.*¹⁵

In Missalibus et Breviariis liturgicis Galliae, Belgii, Italiae editis, verborum separatio eorum pronuntiandi modo scribendique generi accommodatur ac regitur. Editiones autem bibliopolarum germanorum optimam dividendi vocabula rationen ac rectas fere semper leges sequuntur et servant. Haec sequere, amice lector, et non errabis.

RAYM. SARMIENTO, C. M. F.

Villae Rosarii in Argentina.

13 LLOBERA, num 12 not. 1

14 ALVAREZ, o. c. ib n. 1474 sq ; NAVIA, o. c. XXIX, n 252; FERNÁNDEZ, *Gram. Latina*, 12.^a ed.. II p. 262; LLOBERA, o. c. n. 12.

15 Cfr. *Palaestram Latinam*, J. JIMÉNEZ, n.º 91. p. 7.

Cursus Gymnasticus

Ex Historiarum Livii Praefatione

Facturusne operae pretium sim. si a primordio urbis res populi romani perscripserim, nec satis scio, nec si sciam, dicere ausim: quippe qui cum veterem tum vulgatam esse rem videam, dum novi semper scriptores aut in rebus certius aliquid allatueros se, aut scribendi arte rudem vetustatem superaturos credunt.

Utcumque erit, juvabit tamen rerum gestarum memoriae principis terrarum populi pro virili parte et ipsum consuluisse; et si in tanta scriptorum turba, mea fama in obscuero sit, nobilitate ac magnitudine eorum me, qui nomini officent meo, consoler.

Adnotationes ad textum

Facturusne operae pretium sim.

— Jam inde ab antiquitate non pauci auctores, Quintiliano teste, vitio dede-
runt Livio quod hexametri exordio an-
nales incepit, et aliquantulum id mu-
tare non semel conati sunt.

«Ita edidit estque melius quam quo-
modo emendatur». ¹ Versus enim in so-
lutam orationem inducere vehementer
esse vitiosum multoque foedissimum
apud Ciceronem et Quintilianum scrip-
tum legimus:

«Perspicuum est igitur numeris ad-
strictam orationem esse debere, carere
versibus... versus saepe in oratione per
imprudentiam dicimus: quod vehemen-
ter est vitiosum; sed non attendimus
neque exaudimus nosmetipsos». ²

«Versum in oratione fieri, multo fo-
edissimum est totum. Ultima versuum
initio convenient orationis. Sed initia
initiis non convenient». ³ In quod Li-
vium hoc loco notat incurtere.

Livius vero, etiamsi cautionem non
mediocrem, ut hoc vitium effugiat vide-
tur adhibere, in id tamen incidit dum

hexametros, inscius ut opinor, in solu-
tam orationem inducit:

«Volscis intra moenia compulsis nec defensantibus agros» (IV-57-7) ⁴

Nil mirum! Nec ipse Cicero satis ca-
vit, cui interdum versus etiam heroic
excederunt, ut pro Archia:

In quo me non inficiet mediocriter esse
versatum. ⁵

Tandem ut rerum scriptoris exem-
plum afferamus, Livii et sequacis et ae-
muli, clarissimus ille Tacitus item anna-
les hexametro exorsus est: «Urbem Ro-
mainam a principio reges habuere».

A primordio urbis = «supra sep-
tingentesimum annum». (Praef. 4).

Veterem, vulgatam rem. — Jam
tunc sc. mos fuit rerum scriptoribus fa-
miliaris ab aliis memorata denuo scri-
bere, vetustatis exempla ab origine repe-
tere.

Rudem vetustatem. — «Menenius
prisco illo dicendi et horrido modo nar-
rasse fertur». (LIV. III - 32, 8). Eam sane
et ipse Livius superavit quem in narran-
do mirae jucunditatis clarissimique can-

1. M. F. Quintilius, *Oratoriae Institutiones*, lib. IX, 4.

2. Cie., *Orator ad M. Brutum*, 56.

3. M. F. Quintilius, l. c.

4. Cfr. etiam: LIV. XXII, 50, 10: haec ubi dicta dedit stringit gladium cuneoque Facto per medios.

5. Cfr. etiam: Cie. III de Orat cap. V. Crassus: ac mihi quidem veteres illi majus quiddam animo com-
plexi, plus multo etiam videntur, quam quantum nostrorum ingeniorum acies intueri possit.

doris, in contionibus supra quam enarrari potest eloquente Quintilianus praceptor celebravit ⁶

Scriptorum turba. — Omnes fere graecos latinosque auctores ante se sequutus in rerum narrationem, quam optime, pro tempore, comparatus venit. (Liv. IV - 20, 5) ⁷

Nobilitate. — Seu fama rebusque gestis intelligas seu melius civium ordine

adeptam, nam priores rerum scriptores romani, uti Cato Fabiusque, senatui adscribebantur, cum historicum, non item tragicum non comicum genus, nobilioribus reservandum censeretur. SUETONIUS de rhet. 3: «Voltacilius Pilutus primus omnium libertinorum, ut Cornelius Nepos opinatur, scribere historiam orsus, nonnisi ab honestissimo quoque scribi solitam ad id tempus».

Annotationes grammaticales

Facturus sim. — «Participium futuri activi, cum verbo *sum*, scribit cl. LLOBERA, id exprimit quod in eo est ut eveniat, vel animi decretum, voluntatem, propositum, intentionem» ⁸

«Ilac certe circuitione utuntur latini ad futurum infectum in subjunctivo significandum, ut apud CIC. *Div.* I, 57. 130: Ceos accepimus ortum Caniculae diligenter quot annis solere servare, conjecturamque capere salubrisne an pestilens annus futurus sit...: «y conjeturar si el año será saludable o pestilencial». Exemplum est obliquae interrogationalis, quae si mutatur in rectam, ita efferendum: *salubrisne an pestilens annus ERIT?*...

Ita si dicendum indicativo faciam operae pretium, in subjunctivo dicemus cum Livio:

«Facturusne sim operaे pretium... nec satis scio...: «no sé si haré». ⁹

Facturusne. — Forma haec dubitandi ad propositionem interrogativam facile reducitur **Ne** particula est interrogativa enclitica verboque jungitur si neutrum responsum exspectatur. **Utrum** vel **ne** in primo usurpantur membro; aliquando vero nulla particula, si membrum est breve; in altero **an** vel **anne**. Nescio utrum rem opera dignam sim facturus.

Operaе pretium = obra de valor, de estima. Cfr: *operae facere, operaе pretium, operaе est*

6. F. M. Quintil. *Orat.*, lib. X. 6. 2.

7. Joannes Dujatius: *Titi Livii Patavini historiarum libri* — Venetis, 1714. — Appendix I *****

8. J. Llobera, S. J.: *Grammatica, classicae latinitatis*, n. 121.

9. > > o. c. n. 104. pag. 103 ad calcem.

10. Sic: Heinrich Kübel, *Präparation zur Römischen Geschichte des Titus Livius*, I. Busch.

tiatur, ita vero ut possit existere, praesens subjunctivi adhibetur in utraque oratione; potest autem in condicionata futurum indicativi adhiberi. A nobis usurpatur fere imperfectum: *ni si lo supiese, me atreveria a decirlo.*

Ausim. — Subjunctivum potential ad sententiam modeste proferendam usurpa. «Haud facile dixerim». «Hoc sine ulla dubitatione confirmayerim, eloquentiam rem unam esse omnium difficultiam». Osaria afirmar que... *Ausim = ausus sim*. Ex futuro perfecto quae apud priscos in -sso terminabatur, haec vetus forma in *im* efficitur (Cfr *fac-sim; dic-sim; cap-sim*). Semel, nisi clarus E. COCCCHIA fallitur¹¹ apud CIC (Brutus V, 8) *ausus sim* legitur.

«Non mehercule, inquit, tibi repponere istud quidem *ausus sim*».

VERG.: «De grege non *ausim* quicquam deponere tecum» (*Ecl.* III - 32).

Dum novi credunt. — Dum = *eo quod*, sensu causal adhibetur, ut saepius apud Livium, interdum apud Ciceronem invenies.

«Impetu facto, dum se putant vincere, vicere». (LIV. II - 64 - 6).

«Id autem ut accideret, commissum est Hortensii consilio: qui, dum (*quod*) veritus est ne Fusius ei legi intercederet non vidit... satius esse in infamia relinqui».

Utecumque erit. — Vocabula omnia relativa quae ex repetitione creantur; *quisquis, quotquot, quamquam, vel* quae particulae *-cumque* anteponuntur: *qui-*

cumque, ubicumque, utcumque, cet. modum indicativum exigere constat.

«Quisquis es». CIC. «Deorum quicquid REGIT terras». HOR.

«Quicquid in me EST». *Ubicumque ERIT gentium, diligitur.*

Memoriae rerum cet. — Cumulatcs genitivos adverte.

Pro virili parte = prout in me est, pro eo ac potui.

Et ipsum = también yo; a mí vez. *Et pro etiam* adhibetur. «*Et ipse* non quidem a Caesare et Sallustio, a Cicerone interdum, saepe a Lívio usurpatur, cum novo scilicet tribuitur subjecto quod prius de altero praedicatur. «Locri urbs desciverat et ipsa ad Poenos» (LIV. XXIX - 6, 1): Intelligas: non secus ac ceterae urbes.¹²

«In maximis philosophiae partibus operae plurimum consumpserunt, sicut et ipse, cuius instituta sequebantur, fecerat». (CIC. de inv. II - 2, 7).

In textu Lívius scriptor se quoque consuluisse praedicat non aliter ac novi semper scriptores consuluerunt.

Consuluisse = juvabit. Hallaré satisfacción en haberla compuesto; cuando la haya compuesto. Ad litteram: cuando la habré.

In obscuro. — Praepositio in neutro adject. apposita non semel apud Lívium vice praedictati fungitur. *In dubio, in incerto, in facilis.* Mea fama obscura sit. Moderatio in difficili (hoc est: *difficilis*) est.

CAROLUS E. MESA, C. M. F.

In Schola

Magister: Quid est centuria?

Discipulus: Centuria complectitur centum milites.

Magister: Et miliarium quid est?

Discipulus: Est lapis in viis erectus quo spatium mille passuum significatur. Singula enim passuum milia Romani — ut nos — in viis lapide vel columella dimetiri solebant.

11 **Enrico Cocchia**, *Il libro I delle storie di Tito Livio*, terza edizione, (Torino, Chiantore, 1933.)

12 **Riemann-Lejay**, *Sintaxe Latina* (Paris, Klincksieck, 1894) p. 508; **Berger**, *Stilistique Latine* (Paris, Klincksieck, 1890) p. 127.

Adjumenta Grammaticalia

TEMPORA INDICATIVI

Significant tempus praesens, praeteritum aut futurum et evolutionem actionis sive jam absolutae sive non

Exprimunt actionem:		perdurantem	absolutam
	momento factam		
	actionem simplicem tantum	incepit nondum est absoluta	priorem quam aliam jam praeteritam
	Est	Evolvitur	Fuit
PRAESENS	Scribo=escribo	Scribo=estoy ocupado en escribir, voy escribiendo	Scripsi=terminé de escribir, (perf. log., -gr.)
PRAETERITUM	Scripsi=escribí (aoristus gr.)	Scribem=continuaba escribiendo	Scripseran=babía acabado de escribir
FUTURUM	Scribam=escribiré	Scribam=estaré, continuará escribiendo.	Scripsero=babía terminado de escribir

Praesens

significat actionem quae nunc fit aut quae incipit fieri s. evolvi

Sensu proprio exprimit:

- 1) actionem momento factam: Nunc intellego quid velis.
- 2) " perdurantem : Quod te jam dudum bortor.
- 3) consuetudinem : Cottidie aliquid novi scribo (acostumbro escribir).
- 4) conatum : Frustra me terres (te esfuerzas por...) Domum vendo (quiero, busco, cómo V).
- 5) adhibetur in sententiis : Virtus sola homines beatos reddit (siempre hace).

Sensu improprio adhibetur:

- 6) pro perfecto historico : Caesar convenire jubet. Mittit homines, scribit..
- 7) pro futuro (actionem inuit instantem aut futuram adeo certam quae ut perfecta jam habetur) : Si vincimus (=vicerimus), omnia nobis tuta erunt. Tuemini, inquit, castra... ego reliquias portas circumeo (=circumibo)...
- 8) in afferendis scriptorum verbis : Hunc locum Cicero tractat in libris de Natura deorum.
- 9) a poëtis : Quantum mutatus ab illo Hectore qui redit... (q. parece volver ahora mismo del combate).

NOTA: in passiva usum praesentis ut statum qui nunc permanet, significamus (prima fronte loco perfecti gr.)

Urbs amni dividitur=está dividida.
Lacrimis tuis commovere=ma siento conmovido.
Sicilia mari undique cingitur=está rodeada.

Imperfectum

exprimit actionem quae perdurabat in praeter. aut quae nunc evoluitur

Sensu proprio notat:

- 1) consuetudinem : Socrates dicebat (acostumbraba a...) Cottidie Atticus mendacium non dicebat... [ibam.] Consules sedabant tumultum (se esforzaban [por.])
- 2) populi aut viri indolem : Milone interfecto, Clodius haec ut praetor es- set, assequebatur.
- 3) conatum : Cenabam forte, cum amicus venit (estaba c. en el momento de c.)

NOTA: et ideo in narrationum adjunctione adhibetur, dum pract. perf. actionem primariam innuit

Ipsa... in forum venit; ardebat oculi, toto ex ore crude- litas eminebat.

Sensu improprio significat:

- 6) locum geographicum autem veram in praetetrio : In fines Ambianorum pervenit... Eorum fines Nervi attingebant.
- 7) in epistulis, actionem praesentem quae praeterita erit cum epistula legatur.

NOTA: a) in imperfecto epistulari adhiberi adverbia temporis praesentis
b) usum infinitivi historici pro imperf. aut perf. in narrationibus

Nihil habebam quod scriberem (no tengo nada) (=cum Atticus legit, dixit: Cicero nihil habebat).

Nunc eram in medio mari.

Nihil respondere, in eadem tristitia permanere.

Perfectum

significat actionem perfectam, absolutam

Sensu proprio exprimit:

- 1) actionem absolutam, in praesenti : Fuit (existió, ya no existe). Vixerunt (vivieron, ya no viven, murieron).
- 2) in praeterito, sed effectus nunc manet : L. Catilinam ex urbe, vel ejecimus vel emisimus.

NOTA: a) hanc effectui continuacionem actionis tractare in primis liquere in quibusdam praeteritum que praesens sensum habent. b) ut vividius effectum permanere invenimus, verbum habeo cum principio adiungimus: scriptum cognitum, perspectum habeo.

Memini (he trafo a la memoria= me acuerdo), novi, (be aprendido a conocer = conozco, sé), consedi (me sentí = estoy sentado).

Fidem tuam cognitam et perspectam habeo.

- 3) actionem significat celeriter factam

Sensu improprio:

- 4) pro futuro cum certitudinem actionis futurae notamus; (rem factam ponimus)

Fugere ferae et mortalia corda... stravit pavor (rápidamente buyeron, en breve se apoderó)

Perii (=peribo), si me aspexerit. Si conserva- mos prius viuimus (vivimos).

NOTA: Romanos pressius perfectum in narrationibus usurpare, nos vero sapientius imperf.

Fuit (era) Tullius vir summi ingenii. Ut nuper dixi (memoravi) (como decía)

Perfectum-aoristum

significat actionem praeteritam (forte cum alia conexam), sed tempus et finem actionis non exprimimus. Est tempus historicum eoque in narratione uitimur.

- 1) in narrationibus : Alexander Thebas delevit. In senatum venit.
 - 2) in sententiis aut in factis experientia probatis, cum verbis nemo, multi, saepe, plerique
- | | | | |
|-------------|----------|---|---|
| animadverte | actionem | { | } |
| discrimen | et | | |
| inter | statum | | |
- Templum clausum est = actualmente el t. está cerrado (perf.)
Templum clausum est = el t. fué cerrado, se cerró (perf. aoris.)
Templum clausum fuit = el t. estuvo cerrado, abora no lo está.

Plusquamperfectum

exprimit actionem absolutam in praeter. aut effectus praeteritus actionis absolutae

Sensu proprio significat:

Orat. indep.

- 1) actionem jam absolutam : Scripseram epistulam (entonces tenía ya escrita la c.).
- 2) effectum actionis absolutae: Consueveram (=solebam) (tenía costumbre) cog- noveram (=sciebam) (tenía conocido)

Orat. secund.

- 3) actionem absolutam ante aliam quoque absolutam:
- Sensu improprio:
- 4) pro perf., aoristo, innuit actionem celeriter factam quae in conexione cum alia ut absoluta habetur :
 - 5) eo utimur cum totius rei quasi compendium facimus et in parenthesis.

Dixerat, et flebam.

NOTA: a) plusquamperfectum epistulare: Nihil habebam..., neque enim novi quicquam audieram.


b) in passiva dissimilares inter erat et fuerat, quod tam non adeo semper viget apud classicos :

Erat, et fuit.

Fuerat, et fuerat.

Erat, et erat.

Nova et Vetera



Mons - Balnea

1. Octavum jam diem in urbe Pratz commoror. Quanta affectus sim admiratione referre non possum cum ante continuos montes ¹ pyrenaeos obversatus sum, quorum vertices ² velut mirae magnitudinis serta caeruleum caeli sinum concidunt.

2. Cacumina ³ pyrenaea in tantam progreedi altitudinem numquam mente conceperam et coram mirifica glacialia ⁵ et juga ⁴ nive obiecta in quibus immanes nivium moles dilabuntur, admiratione captus sum.

3. **Crater.** — Postridie adventus in priscum atque extinctum vulcanum⁶ qui ad urbem Pratz est, conveni. In crateris oris aridis et nudis vestigia amnis vulcanii decurrentis, plures abhinc aetates per montis radices,⁷ distincte adhuc cerneres. Quaedam vulcaniae massae fragmenta in latere repperi.

4. Urbs Pratz in finibus est posita, atque arx,⁸ quae jugum²⁷ dissocians Galliam et Hispaniam, defendit, omnino in mentem revocat vetusta castella ad oras Rheni, quae praedam ab alto saxo insidiari videntur.

5. Immanis aquila⁹ quae nidum non longe a castello ponit, saepe animum allicit. Ea avis rapax potenti rostro agnum vel haedum, quem ungulis comprimit, pullis interdum adsportat. Cujus alarum magnitudo tanta est ut aliquamdiu cum gravi onere pendere possit.

6. **Aquae dejectus.** — Excursio in dejectum aquae¹⁰ (urbis) Cau est jucundior quae hic fieri potest deambulatio. Aqua praeceps fertur ac fervens, quae tandem per abietum nemus¹¹ ad occidentem urbis partem situm in festivum rivulum se recondit. Per nemus ad observatorium metereologicum¹² concendimus atque ex alta apopsi (ex alto solario) totum hujus regionis prospectum conspeximus. Haec loca amoenissima sunt et natura, quotquot est instructa bonis, in hanc terram effundere videtur.

7. Descendentes funale tramen¹³ sumpsimus atque ad statiunculam prope prisci castelli feudalis ruinas¹⁴ consistimus, quod olim domini Pratz incoluerant.

8. Misellum castellum! Quid cogitet cum ad radices elegantes balineas¹⁵ prospicit, quae nunc in morem sunt statio thermarum? — Caelum adeo est temperatum, aqua medicata adeo salutaris ut curationes quae in valetudinario¹⁷ fiunt, voluptatis causa sint.

9. Ceterum ut jueunda sit commoratio, omnia profunduntur Amplius viae-ductus¹⁶ munitus est ut ferrivia superinsterni possit. Saeptum¹⁸ sedis thermarum in quo concentus eduntur, mira gratia distributum est. Venustae villae¹⁹ circum conventiculum²¹ exstructae sunt atque via silice strata²² sarta tecta facillimos praebet meatus.

10. Declivitas²³ viam²⁰ a valle,²⁵ suopte nomine dixeris, tantum separat, in cuius recessu venustus lacusculus²⁶ explicatur, qui nitidum rivulum²⁴ alit.

11. Trans valleculam ferraria²⁸ exercetur. Ut autem fossores metallicos descendentes ad puteum viderem, interdum conveni, atque in cuniculum penetravi ubi metalla eduentes quae ferrum continent, diem exigunt.

12. Amplum fusorum juxta metalla structum est ut ab opibus, quae ex his deducuntur, continuo fructum capiant. Canthatorium²⁹ lithanthræce ferrefactum, qui hic abundat, facilem et minimo sumptu reddit fusuram.

13. Haud procul a ferraria lapicidinae³⁰ exciduntur. Nec petram granatam nec porphyritam neque cotem, sed lapides quadratos ad aedes exstruendas vetulus lapicida dolabra abscidit.

14. Abies³¹ est quidem ex venustioribus hujus loci ornamentis. Ubique in

anfractu,³² ad oras torrentis³³ et gurgitis³⁴ vel in praecipiti loco earum tenues aculei viriditatem atque jucunditatem profundunt.

15. Feriis utor ut productiores conficiam ambulationes. Viae³⁵ quae per montem serpent plura chiliometra et interdum plures leucas, quin spatium animadvertamus, percurrere sinunt. --Miliaria³⁶ et postes indices³⁷ vias dimetiuntur, in quibus subinde juvenem montanum³⁸ invenies, cum pera⁴⁰ ad tergum, murem alpinum⁴⁹ deferentem, aut boium,⁴¹ cuius pelliceus petasus⁴² plurimum a vetulo et dilacerato cucullo⁴³ repugnat. Ipse catena edictum ursum⁴⁴ deducit.

16. Singulis fere diebus cum duce⁴⁸ in montem ascendo, atque cum, manticam⁴⁷ post tergum gestans, manu alpini perticam tenens, sincerus voluptarius viator⁴⁶ saxa⁴⁵ aggredior, mirum gaudium percipio.

17. Ex alto monte campi accolae formicis majores non conspiuntur; arietum grex⁵⁰ in prato⁴³ pascens puerorum crepundia appetit. Pinus⁵¹ vel etiam villula,⁵² inter virentia punctum vix constituant.

18. In his excursionibus saepius in tramite⁵³ cum rupicaprarum⁵⁴ venatore occurrimus in tergore animal, quod nuper occiderat, portante.

19. Pulchrum filicis⁵⁵ ramulum in herbario reposui atque roseum et venustulum erices⁵⁷ surculum quem in specus aditu, extremum cum spatiarer, legi.⁽¹⁾

Vocabularium

1 continui montes, <i>cordillera</i> , gall. <i>chaîne</i> .	latus, eris, n., <i>vertiente</i> , <i>versant</i> . fines, ium, <i>frontera</i> (<i>páis</i>), <i>frontière</i> .	11 abietum nemus, <i>bosque de abetos</i> , <i>bois de sapin</i> . occidens pars, <i>occidente</i> . festivus, 3, <i>lindo</i> , <i>joli</i> . recondere se, <i>perderse</i> , <i>se perdre</i> .
2 vertex, icis, <i>cúspide</i> , crête. conscindere, <i>desgarrar</i> , <i>des-</i> <i>tacarse</i> , <i>se decouper</i> , serta, orum n. pl. [-um], <i>festón</i> , <i>feston</i> .	8 arx, arcis, f. <i>castellum</i> , i. n., <i>fortaleza</i> , fort. jugum, i, <i>garganta</i> , col. dissocians, <i>divisoria entre...</i> séparant. insidiari, dep., <i>acechar</i> , guetter.	12 observatorium meteorologicum [<i>turris observatoria</i>], <i>obser-</i> <i>vatorio meteorológico</i> , ob- <i>servatoire météorologique</i> . apopsis, is, f. [<i>solarium</i>], <i>mira-</i> <i>dor</i> , <i>azotea</i> , <i>belvédère</i> . prospectus, us, m., <i>panorama</i> , <i>panorama</i> . loca, orum, <i>paisaje</i> , <i>paysage</i> . terra, ae, <i>páis</i> , <i>pays</i> . bona, orum, <i>tesoros</i> , <i>bienes</i> , <i>trés-</i> <i>sors</i> . essundere, <i>prodigar</i> , <i>prodiguer</i> .
3 cacumen, inis, n. <i>cumbre</i> , sommet.	9 aquila, ae, <i>águila</i> , aigle. nidus, i, <i>nido</i> , aire. ponere, <i>colocar</i> , tener, avoir. animum allicere, <i>aatraer la aten-</i> <i>ción</i> , attirer l'attention.	13 tramen funale, <i>funicular</i> , <i>fu-</i> <i>niculaire</i> . statiuncula [<i>statio parva</i>], <i>peque-</i> <i>ña estación</i> , petite station.
4 jugum, i, <i>pico</i> , pic. moles nivium, <i>alud</i> , ava- lanche.	avis rapax (accipiter) ave de presa, oiseau de proie. rostrum, i, n., <i>pico</i> , bec. ungula, ae, <i>garra</i> , serre. comprimere, <i>llevar cogido</i> , tenir. pullus, i, <i>cria</i> , petit. pendere, <i>cernerse</i> , planer. excursio, onis, f., <i>excursión</i> , <i>excursion</i> .	14 ruina, ae, <i>ruina</i> , ruine. consistere, <i>detenerse</i> , s'arréter. castellum feudal, c. <i>feudal</i> , <i>château féodal</i> . elegans, ntis, <i>bonito</i> , coquet.
5 glaciale, is, n., <i>ventisquero</i> <i>glaciar</i> , glacier.	10 aquae dejectus, us, <i>cascade</i> , cas- cade. praeceps ferri, <i>precipitarse</i> , tomber. servēre, <i>borbotar</i> , bouillonner.	15 balineae, arum, f. pl., <i>balnea-</i>

(1) Ex opusculo *Livret explicatif des Tableaux Auxiliaires Delmas* 40. E. ROCHELLE. p. 54. — Quamquam prae occupied versionem hispanam habui, in primis ad fidem libelli gallici rem interpretatus sum. — In sequentibus fasciculis versionem sequemur, Deo adjuvante.

- rio, ville d'caux.
 statio thermarum, estación
 termal, station thermale.
 in morem, novi moris, de
 modo, à la mode.
 caelum, i, n., clima, climat.
 aqua medicata, agua mine-
 ral, eau minérale.
 curatio, onis [-ones, pl.]
 curación, cure.
 17 valetudinarium, ii, n., sanato-
 rio, sanatorium.
 causa voluntatis esse, ser
 un placer, être un vérit-
 table plaisir.
 profundere omnia, no es-
 catimur nada, avoir tout
 prodiguer.
 commoratio, onis, estancia,
 séjour.
 16 viaeductus, us, m., viaducto,
 viaduc.
 munire, construir, construire
 terrivia, ae, vía férrea, voie
 ferrée.
 superinstertere, construir
 encima, établir.
 18 saeptum, i, n., parque, pare-
 sedes thermarum, estableci-
 miento termal, établissem-
 ment thermal.
 concentus edere, dar con-
 certos, donner des con-
 certs.
 distibuire, disponer, amé-
 nager.
 mira gratia, de un modo en-
 cantador, d'une façon
 charmante.
 21 conventiculum, i, n., casi-
 no, casino.
 19 villula, villa, casa de cam-
 po, chalet, villa.
 22 via [silice] strata, carretera,
 chaussée.
 sarta testa, bien conservada,
 • bien entretenue.
 meatus, us, m., comunica-
 cion, communication.
 23 declivitas, atis, f., escarpa,
 talus.
 20 via, carretera, route.
 25 vallis, is, f., valle, vallée.
 recessus, us, m., fondo, fond.
 26 lacusculus, i, m., pequeño,
 reducido lago, petit lac.
 explicari, ostentarse, s'étaler.
 24 rivulus, i, m., arroyo, ruis-
 seau.
 28 ferraria, ae, f., mina de
 hierro, mine de fer.
 exercere ferrariam, explotar una
 mina de hierro, être en ex-
 ploitation une mine de fer.
 fossor, oris, m. [s. metallicus,
 i], minero, mineur.
 cuniculus, i, m., galería, galerie
 metalla, orum, mineral y mina.
 amplus, importante, important.
 fessorium, ii, n., fundición, fon-
 derie.
 fructum capere, utilizar, utili-
 ser.
 29 conflatiorium, ii, n., alto horno,
 haut fourneau.
 lithanthrax, ácis, m., carbón de
 piedra, charbon de terre.
 fervefacere, calentar, chauffer.
 minimus sumptu, de modo eco-
 nómico, d'une façon peu coû-
 teuse.
 füssura, ae, f. hierro colado,
 fonte.
 30 lapicidinae, arum, pl. f., can-
 tera, carrière.
 excidere, cortar, cavar, creuser.
 petra granata, granito, granit.
 porphyrites, ae, f., pórfito, por-
 phyre
 cos, tis, f., asperón, grès.
 lapis quadratus, piedra de sille-
 ría, pierre de taille.
 dolabra, ae, f., pico, pic.
 31 abies, etis, f., abeto, sapin,
 32 anfractus, us, m., barranca,
 ravin.
 33 torrens, tis, m. torrente, torrent
 34 gurges, itis, m., abismo, gouffre.
 locus praecipus, precipicio, pre-
 cipice.
 aculeus, i, [acumen], aguja.
 punta, aiguille.
 profundere viriditatem atque
 jucunditatem, dar la nota
 verde y alegría, mettre la
 note verte et gaie.
 ambulatio, onis, f., paseo, pro-
 menade.
 35 via, ae. f., camino, chemin.
 leuca, ae, f., legua, lieue.
 chiliometrum, i, n., kilómetro
 kilomètre.
 36 miliarium, ii, n., piedra milia-
 ria, mojón, borne.
 37 postis index, poste indicador,
 poteau indicateur.
 38 montanus, montañés, montag-
 nard.
 40 pera, ae, f., alforja, besace.
 39 mus alpinus, marmota, mar-
 motte.
 41 boius 3, bohemio, [conductor de
 osos], bohémien.
 42 petasus pelliceus, gorra de piel,
 toque de fourure.
 43 cucullus, i, m., capucha, capu-
 chon.
 44 ursus, i, oso, ours.
 48 dux, ucis, m., guía, guide.
 47 mantica, ae. mochila, sac.
 alpini pertica, bastón de alpi-
 nistा, alpenstock.
 46 voluntarius viator, turista, tou-
 riste.
 mirum gaudium percipio, me
 siento orgulloso, je suis très
 fier.
 50 grex arietum, rebaño, manada
 de carneros, troupeau de mou-
 tons.
 49 pratum, i, prado, pâture.
 crepundia, orum, n. pl., juegue-
 te, jouet.
 51 pinus, i, f., pino, pin.
 52 villula, ae, quinta, chalet.
 53 trames, itis, m., senda, 'atajo,
 sentier.
 54 rupicápra, ae, f., gamuza, cha-
 mois.
 herbarium, ii, n., herbario, her-
 bier.
 55 flix, icis, f., belecho, fougère.
 delectus, 3, curioso, curieux.
 surculus, i, m., ramita, brin.
 57 erice, es, f., brezo, bruyère.
 56 specus, us, m., grutita, grotte.
 spatiari, dep., pasear, dar un
 paseo, faire une promenade.
 JOSEPHUS M.^a MIR, C. M. F.

De erratione Georgii Pelleterii pueri

IX. Post cenam Georgiolus vidit omnes simul surgere et ad diversas dis-
cedere occupationes. Hera cum situla processit ad fontem scaturientem in loci
angulo, Tommius collecta vasa tulit herae ad summariam lotionem, Max, ubi in
medio loco se stetit, dare ludum coepit. Sicut fecerat Georgio, gratiosa bestia
posterioribus nixa cruribus variavit gyros anteriora crura tollens in salutationes
comicas. Et puerorum turba illico catello circumfunditur; herus accensa fumifera
fistula cogitabundus semiapertis oculis rem ex longinquo spectabat. Finito ludo
Max dentibus tenens phialam ex lamina factam, spectatores circumiit sperans
datos arti suae plausus in solidiorem quandam agnitionem transituros esse. Sed
proterva turma diffugit etiam deludens Maxem, qui totus confusus patinam va-
cuam ad pedes domini depositus ita timidis limisque oculis prospectans, ut prorsus
loqui videretur et flere. Dominus ne aspecto quidem Maxem paulum circumspicit
desertum forum, conversis deinde ad viam oculis sibilat. Hoc sonitu Max se ex-
cutit demissoque capite procurrit ad habitationes illas neque jam vidi eum Geor-
gius qui tacitus scaenam tam miram contemplabatur. Nequedum decem minutae
abierant, cum Max ad pedes recurrerit domini ore afferens trophaeum, inertem
cruentamque gallinam, quam cum significatione laetitiae in terra depositus. Herus
praedam accepit et cum furtim circumulisset huc illuc oculos, abscondit in cista
quae suspensa sub curru erat. Georgius intellexerat scelestus egisse Maxem, qui
gallinam oppressisset ex insidiis, oppressam abstulisset, occidisset et furatus esset.
Cum autem animadvertisset dominum non modo non vituperare furem sed eum
laudare et mulcere, intellecto deinde Maxem turpi occupatione assuefactum esse,
primum fastidivit Maxem et Maxis dominum. Et cum Max adhuc velut ebrius
victoria circum Georgium lasciviret, hic eum frigidis oculis contemneret, herus
persentiens, quod Georgius nondum pronuntiaverat, recte factum ab Maxe affir-
mat. Postremo, inquit, quod nemo honoraverat, quem Max ludum dederat, Max,
ut est prudens, indemnum se ipse fecit.

Neque tamen ea defensione dissipata nubes est, quae pueri animo incubabat
etiam ad alias quaspiam res, quas nondum diximus, quibus iutellegere cooperat
quanto suo incommodo esset cum hominibus, in quorum moribus locus non esset
honestati. Solus ei Tommius illa purus videbatur macula, cuius ex oculis serenis,
veluti stella in obscura nocte, innocentis animi candor resulgebat.

Quando igitur venietur meum ad pagum? interrogat Georgiolus currus do-
minum administrantem ornatum equis parantemque ex eo loco abitum. Cum fecero
il tour — submissa ille reddit voce. — Et quid hoc est, *il tour*? — Circumitus. Pau-
cis horis pervenerimus. Oportet te, inquit, ascendere denuo. Et est certe commo-
dius hic intus sedere quam pedibus terere viam. Agedum, ascendedum, inquit,
non sine aliqua severitate demonstrans plaustrum ostiolum, quod jam sorbuerat duos
itineris socios. Iterum ergo Georgiolus assedit in illo cubili juxta Tommium;
sed tum ita persentiebat solitudinem et longinquitatem suorum et desiderium ma-
tris suae, ut se complicaret in illa foeditate pannorum specie ut dormiret, re autem
vera ut tacitus lacrimaret.

De improviso postea sensit manum mulcentem sibi faciem. Fuit Tommi ma-
nus qui immotus et taciturnus assidens furtivas Georgii lacrimas animadverterat et

promissa facie et apertis admiratione oculis illi submisa voce loquebatur suo illo sermone, cuius Georgius non assequebatur sensum. Georgius vicissim maniculam Tommi premit inter suas suoque admovit pectori, tamquam si amico, quam aegritudinem inclusam tenere non posset neque verbis patefacere, lingua vellet aperire animi. Et Tommius visus est intelligere, nam vultum admovens genae Georgii et collo ejus circumdans brachium communionem ostentabat doloris unamque illam eamque gravem vocem elicuit ex Georgii lacrimis, quam solam ipse intelligeret, quae fuit Mamma.

Jam intellexeris, lector, quod Georgius interpositis nonnullis diebus vidit in quam tristem condicionem puer inciderit, quod ignarus itinerum illi occurrisset homini. Nam ambulatoria domus, quae eum tantae specie generositatis exceperat, nidus erat unius ex tot illis tam late sparsis familiis cingarorum, qui nulla certa sede totum peragrantes mundum vietum inhonestis saepe artibus comparant. Homini callide deliberanti, qui ei oblatus est adolescentulus firma constitutione corporis et nobilitate personae et, quam prae se ferebat obtutus, intelligentia, statim perspectus est instrumentum lucri. Illi homines assueti praedandi licentia puerum per noctem errantem, tot chiliometris distantem ab sede patria, tam adhuc simpli cem candidumque habebant quaestui, qui quaestus, si quando opus esset, dictarent etiam misericordia atque humanitas.

Itaque factum erat ut Georgius, qui putaret appropinquare se amicae sedi illi impositae colli Montis Ferrati, etiam longius inde abiret neque animadverteret sese, etiam clam portitoribus, fines transisse patriae. Quam rem, ubi rescivit postea, fecit, quod unum ad testandum dolorem erat reliquum: profundit lacrimas. Et statim subiit quam primum fugam arripere ad recuperandam libertatem; sed neque per se tam facile erat fugere, et quaedam etiam consulto opponebantur ei consilio difficultates: longiorem viam esse, custodes Gallicos emissos circumcursare vias, ut pueros privos syngraphis ducerent in carceres, non facile esse iterum transire limitem Galliae, et multae aliae erant nescio quae difficultates. — Etiamsi contineret tibi, inquit ille, superatis feliciter tot impedimentis redire in fines Italiae natalemque pagum tuum, certum est perventurum te esse illo toto mense tardius, quam si nobiscum maneas. Facto enim circuitu in hac Gallia, duorum sumnum mensium, sub initium veris, totus gressus proficietur versus Italianam. Tum, quindicim diebus...

Scribere te velle tuis? aequissimum id quidem est; saltem ut parentes tui rescant te salvum esse per eos, quos miseruissest tui. Tu igitur scribe epistulam, scriptam immite involucro, in quo cum etiam indicaveris, quo et ad quem sit perferenda, mihi trade; nam mihi curae erit ut adglutinem pittacia vecturae Gallica et ut detur in Italianam. Et tam erat homo officiosus ut ipse afferret omnia: chartam, pennam, atramentum; et Georgiolus in isto foliolo (quod in tantis sordibus tandem res pura erat) scribebat primas lineas longi, quod sequeretur deinceps, epistularis commercii, sic orsus: Carissima mamma mea.

Sed epistula, in qua puer exsul totam anxietatem et teneritudinem animi sui profuderat, nunquam egressa est ligneo carcere. Hebes ille homo, qua hora pueri cum Maxe procul ligna colligebant focularia, folium epistulae ex foedo vestis sinu promptum incompta interpretabatur uxori, quae — putaresne matrem? — ad verba

animi plenissima et cum lacrimis scripta — vulgares edebat cachiños. Et Georgius sollicite exspectabat litterarum suarum responsonem, sed eam, quae numquam ventura esset.

— In ea re patientia opus est, puer; cursu publico quae ex Italia perferuntur in Galliam vectigalia sunt, et apud eos qui illis rebus exigendis sunt praefecti, quam tu desideras epistulam, ea dormiat sub magno ceterarum rerum acervo minuendo adhuc ab illis portitoribus, desidiosissimo plerumque genere hominum. Fortasse etiam, quis enim certo sciat? in via epistula excidit. — Scribam iterum...

— Scribe modo, miselle puer, iterum, tertium, quartum, quintum, una res erit. Quodam autem die injecta ei suspicio est. At cur ego, inquit, non prius id cogitaveram? Accidit hoc in collegio, cuius tam boni essent praefecti qui epistulas currarent preferendas. Hos vero infimae notae homines, quibuscum mihi vivere obtigit, uno excepto Tommio!...

Et ipso adjuvante Tommio, quocum etiam pauca jam colloqui cooperat, ei contigit obtainere vecturae tesserulas, quas Galli *timbres* vocabant, cursuque permisit epistulam cuius involuero sinceris clarisque verbis expressum erat a quo esset data, a Georgio, qui esset cum domino Bonnard, *place de la Gardenière — Puget*. Quae epistula, quod parum vecturae erat adglutinatum, remissa est a postali loci ubi tradita cursui erat. Georgiolus non mediocriter attonitus postridie dominum conspicit rabie tremulum suam epistulam manu agitantem. — Ah, te hortari tuos, ut hue veniant, te ut hinc secum auferant? Non eis id continget, crede, et si tamen hue venerint, scito tua culpa futurum, ut eos paeniteat venisse. Non hic me jocari intellige! Neque mei est consilii te hinc abire pati prius quam representaveris quantum impensum a me est in tuum victimum. Tempus jam est opus facere, non fundere lacrimas aut scribere. Audisti. Ne fiat harum rerum posthac mentio. Vae tibi erit, si te rursus videro cum calamo, si ausus eris, me nescio, dare litteras. Huc sis, adspice! Viden hoc ferramentum? Et vibrat ante horrentis pueri oculos ingentem cultrum, quem gestabat in braccarum sacculo. Veluti felem, intellegis? veluti felem te jugulavero. Et supererit etiam pro patre tuo, vel quicumque alias propinquaverit meo habitaculo te ut auferat meis manibus. Cave, oblitus sis!

Quo Georgiolus animo verba violentiae acceperit, facile ipse, qui haec legis cognita jam ante pueri timiditate et ingenuitate, intelleges. Etiam hoc intelleges, cur miser deinceps penitus missum fecerit consilium dandi ad suos litteras. Quid enim scriberet? Atroceme seriem suorum casuum? Sed mater inde contractura erat aegritudinem. Patrem accusurum sane auxilio, sed ita ut vitam opponeret violentia immitium hominum. Esse custodes publicos. Sed hos idoneos esse, qui conspirarent cum persecutoribus suis, modo demonstratum esse illa epistula, quae a se immissa caute in postalem cistulam redisset in manus domini. Se jam malle ignorare suos omnia atque adeo credere se esse mortuum, quam irritos concipere dolores aut, quod etiam pejus esset, tanta adire pericula, eoque magis, quod jam sibi mors instaret, quae postremo una relinqueretur via ad finiendos horrores, in quos sibi obtigisset incidere. Moriturum se, receptum deinde caelo lapsurum in somniis versus casulam impositam colli tacitaeque lunae luce collustratam, in somniis se consolaturum matrem et patrem dicentem: tandem liberum se esse neque amplius lacrimare; desiderare illorum se societatem.

(sequar)


ANDREAS HABERL, S. V. D.

VINOS de MISA

J. DE MULLER, S. A.

TARRAGONA

Casa fundada en 1851



Medalla de Oro en la
Exposición Vaticana de 1888 (S. S. León XIII)
Proveedores de Sus Santidades
Pío X, Benedicto XV, Pío XI y Pío XII

Garantía de absoluta pureza

E X Q U I S I T A C A L I D A D

Certificados del Excmo. Sr. Arzobispo de
Tarragona y de muchos otros Ilmos. Prelados

Cum emetis, PALAESTRAM LATINAM nuntiantibus referetis

HIJO DE QUINTIN RUIZ DE GAUNA

Velas Litúrgicas para el Culto

Economía increíble usando mis velas especiales con el
CAPITEL GAUNA patentado.

LÁMPARA DE CERA «GAUNA» para alumbrado del Tabernáculo. de cuatro días de duración. ¡LIMPIEZA ABSOLUTA! ¡TRANQUILIDAD COMPLETA!

V I T O R I A (Alava)

FOTOGRABADOS
M. SOLANO



Aribau, 9, interior - Teléfono, 30255

BARCELONA

Lapiceros Mecánicos y de
cuatro colores
Plumillas oro 14 k.
y chapadas
Fornituras en General

Casa
Teflocan

PLUMAS Estilográficas
Ventas al Mayor
Fontanella, 10, 2.^o, 2.^o
Teléfono 23750
BARCELONA

ENCUADERNACIÓN, EDITORIAL Y PARTICULAR

J. NAVARRO


MATILDE, 7

BARCELONA (G.)

TEL. 78193

En las compras haced referencia a PALAESTRA LATINA

Exercitationes Scholares



STRENUI PALAESTRITAE

M. Toldrá, J. Bueno, M. Salvá, A. de Blas, C. Rodríguez,
J. Toldrá, in Collegio Barcinonensi Cordis Mariae alumni.

1. — Salamina

Salamina est Graeciae insula in qua sunt multae olivae, insula tamen non est fera. Incolae Salaminae fuerunt agricolae et nautae. Salamina clara fuit litteris et scientiis. In ea erant domini et servi. Domini litteris et philosophiae se-
se dabant. Servi agros laborabant, riga-
bant terram, curabant arbores fructus
que dominis ferebant.

M. TOLDRA,
in collegio Cordis Mariae alterius cursus alumnus

2. — Gallus et ancillae

Anus quaedam habebat duas ancil-
las, quas primo mane cantu galli voca-
bat. Eae vero: «capiamus gallum, dixe-
runt, et occidamus». Cum anus igitur
aberat domo, ancillae necaverunt gal-
lum. Sperabant enim plus spatii somini
eis fore. Sed fuit fallax earum spes; nam
domina, ignorans quota esset hora, ple-
rumque ancillas media nocte vocabat,

J. BUENO ESCALERO,
in Coll. Cordis Mariae 3.i cursus alumnus

3. — Cynaegyrus, miles graecus

Multi scriptores extulerunt gloriam
Cynaegyri, militis clari exercitus Athe-
narum. Post proelium Marathonium,
Cynaegyrus tenuit sua manu dextra na-
vem oneratam militum inimicorum.
Hostes gladio manum dextram ei ampu-
taverunt; tunc Cynaegyrus tenuit navem

laeva manu. Etiam gladio manum
laevam ei amputaverunt, sed vali-
dus miles non se subjicit. Inops
duabus manibus navem suis den-
tibus arripuit et ut rabida fera ad-
versus hostes suos pugnare non-
dum destitit.

M. SALVÁ,
in Coll. Cordis Mariae 4.i cursus alumnus

4. — Sanctus Thomas

Sapientia sua Angelus Scho-
larum et Doctor Angelicus appelle-
latus est Sanctus Thomas philo-
sophorum et theologorum
insignior. Suum opus «Summa
Theologica» est re vera scientiae
christianae compendium. Profun-
ditate et varietate philosophos
omnes et theologos superavit ita
tamen ut omnium magister habeatur
nomenque accipiat Princeps Scholas-
ticeae.

A. DE BLAS,

in Coll. Cordis Mariae alumnus.

5. — De Schola

Sicut ferrum ex fodina extractum,
quod primum pretium fere nullum ha-
bet, usque dum in fuso calore et
percussionibus opificis permutatur, ita
puer ad scholam deductus. Primum, lu-
mine scientiae privatus, parvi habetur,
sed iugi labore studioque constanti for-
mas scientificas acquirit et fit 'maximi
pretii.

C. RODRÍGUEZ,
in Coll. C. Mariae alumnus

6. — De vere

Quam placidum jucundumque est
hoc anni tempus! Canunt in arboribus
aves et redeunt in nidos quos relique-
rant. Florent campi et vestiunt se herbis;
cuncta creatio gaudet laetitia collaudans
Creatorem. Jam hinc transiit et Phoe-
bus solvit nives. Cursitant papiliones
per campos et egrediuntur apes de al-
veariis, quaerendo inter flores suavis-
simum nectar. Ludunt pueri sub puchro
sole et cupiunt exire domibus ad suspi-
ciendum hoc pulchrum donum Dei. Ilu-
jus tam magni spectaculi naturae con-
templatio nos inducit conclamare:
«Quam mirabilia sunt, Deus, opera tua!»

J. TOLRÁ,
in Coll. C. Mariae alumnus

Curiosa et jocosa



Baburrus

41. Baburrus saccum ordei asino imposuerat: hic vero tanto onere fatigatus saepissime in via offendebat. Tandem miselli animalis baburrus misertus umeris saccum subjecit. ipseque sic, oneratus in asinum concendit. Tunc magna voce clamabat: Nunc age, prope ra, saccum enim ego porto!.. Sed mirandum! asinus duplici onere segnior ibat.

J. BAGARIA, C. M. F.
Segedae.

42. Audi, cara mater, quare calvisstum patri est caput? — Te scire putabam! Pater tuus est perquam sapiens... — Tu que igitur, mater, quid est quod comam plurimam habes? — Papae, fili mi, proficisci in plateam ad ludendum.

43. Quidam judex vicanus veste detrita indutus per plateas pagi cursitabat; eum sic amicus occurrens interpellat: Nonne te pudet sic tam impolite induitum a populo videri? — Nullatenus, carissime, omnes hic me cognoscunt.

Aliquot post dies judex in urbem perrexit eadem sordida veste indutus.

cui rursus amicus ille obvius fit, sique alloquitur: — Arbitror te nullo modo pudere vestem istam deferre. — Cui sordidus ille: — ecquid mea refert? in vico non sumus; hic nemo me cognoscit.

Ante turrim hispalensem «Giralda»

44. Adeo oculatum habeo visum ut duas formicas in summa turri pugnantes distinete perspiciam. — Vah, amice, nihil quidem est hocce. Auditu valeo adeo acuto ut earum colaphos exaudiam.

MARIANUS MOLINA, C. M. F.

Celsonae

Negligens, somniator

45. Quare Johanelle, tam vehementer ploras? Quid mali tibi accidit? — Quia hac nocte collegium omnesque meos libros incensos somniavi. — Quid ais, animule? hoc falsum est: en libros in chartario depositos et collegium adversum ut heri bellulum assurgit. — Tantum malum equidem defleo...

Amici, in deliciis propinquati

46. Antonellus pomarii decocti (*mermelada*) catinum avide ligurrit. Cui Petrus qui attente amicum intuebatur, subridens: — Ausculta, pater tuus fuit meus patruus, nonne recordaris? — Cui parum attendens Antonellus: — Forte quidem, sed jam parum in catino remanet.

PETRUS GARCIA, C. M. F.

Celsonae

Calvus et gibbosus

Quidam calvitie caput ornatum manifestans in calle inveniens gibba oneratum hominem quaerit ab hoc, causa ludendi: «In tergore, amice, quid gestas? estne hoc, res validi pretii?» Et gibbosus homo: «Capsam, inquit, tollo ferentem quae ex decidere tuo caesariem capite.

ALOISIUS CANALS, C. M. F.